



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Fasti Mariani

**Brunner, Andreas
Pfeffer, Wilhelm**

Antverpiæ, [1659 erschienen] 1660

S. Onvphrivs Conf. 12. Iunii.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42032

Evangelium exaraverat (nobilissima cinelia) reperiret. Et verò utrumque in honore habuit Zeno Imp. & corpus templo augusto honoravit, volumen verò auro inclusit, rectè geminam esse ratus.

Ex act. Apost. Baron. & Lipp.

Agnosce dignitatem tuam. & divina consors factus natura, noli in veterem utilitatem degeneri conversatione redire: memento cuius capitis & corporis sis membrum, & quia eructus de potestate tenebrarum translatus es in Dei regnum & lumen. S. Leo ferm. de Nat. Dom.

S. ONVPHRIUS CONF. 12 Junii.

O NVPHRIUM toto hirsutum corpore, & rara humani cultus retinentem vestigia, poterat sanè silvarum monstris, & Satyrorum generi accensere Paphnutius, si in externâ specie substitisset. At ubi congressus vitæ genus moreque didicit, dubitavit hominè inne potiùs an Angelum diceret. In Thebanâ regione monachum indutus, cum de Anachoretis fando accepisset, egressus in loca sola Angelum viæ comitem habuit. Nactus deinde novi instituti magistrum, in tugurium palmâ inumbratum deductus est. Inde illi cibum, menstruo proventu; panem & aquam Angelus afferebat quotidianus minister. Octavo quoque die, ut delicatius vesceretur, is quoque, quem propriè Angelorum panem appellamus, maiore pompâ, & debitâ Numini est advectus. Et potuit credo ONVPHRIUS hâc Cælitum amicitia beatorum hominum oblivisci: certè septuaginta totos annos mortalem non vidit, donec, quem nominavi, Paphnutius Dei iussu moriturum inivit, ut è silvarum latebris tam rata vitæ, eo præcone protraheretur.

traheretur in lucem. Mortuo Angeli cecidere
 lesum : palma & casa quasi desiderio viri , &
 alium quemcumque dominum indignantes pro-
 cubuerunt. Quid ad hæc nostra juvenus, mori-
 bus juxta capillisque luxuriantibus in Nabucho-
 donosorem citius, quam ONVPHRIUM degenera-
 tura ? Ex vit. PP.

*Comas aut vestes supervacuas curare, vel infe-
 licium est, vel injustorum. Nam quid est talibus
 expectandum aut suspicandum, nisi ut lascivus ille
 ornatus feminas pratercuntes invitet, aut alienis
 matrimonii insidietur?* S. Bas. de Leg. lib. Gent.

S. PEREGRINVS EP. M. 13. Innij.

CETHEVM in cuius, in tumulo PEREGRINVM
 dixere. Aternensium Pontifex fuit, cum è
 Longobardis in urbe tyrannidem Alais & Vmblo
 obtinerent. Horum ille sevitiem detestatus, Ro-
 mam ad commune orbis asylon D. Greg. Pont.
 Max. transfugit. Sed populus Aternensis PEREGRIN-
 VM jure optimo jam olim suum repetiit, & verò
 iudice Gregorio etiam obtinuit. Interea cum nec
 ista regna socium ferrent, tyranni duo armis inter
 se collisi sunt, & Alais in suum præsidium, sed exi-
 tium urbis tertium hostem Vitalianum Comitem
 introduxit. Tunc verò, auctore CETHEO, civis
 arma capiunt victumque Alaim, & vinctum Vm-
 bloni tradunt. Mox tamen adest CETHEVS, & vi-
 tam capto orat. Sed quæ alteri prodesse studuit,
 sibi nocuit misericordia. Vmblo Alais fa-
 ctioni CETHEVM favere credidit. Quare utrum-
 que ad gladium damnat. Cæso Alai cum carnifex
 Pontifici instaret, omnes ad officium vires amisit;
 at non consilia tyrannus. ex ponte in Aternum.

N 2

Guerum